

sulphuris albi non vrentis. Nam ignis & corrosiua diuidunt totam humiditatem, & substātiā fugitiuam inflammabilem & corrumpentem, atque nigredinem. Per descensionem siue per pastillum salium & aluminum, & vitrū diuisa est tota substantia terrea foetulenta cum sua proportione; substantia pura & temperata remanente. Postea verò calcinetur iterum, hoc corpus reductum sublimato purum cum solo sale armoniaco & mundato. Cum autem benè & minutissimè fuerit calcinatum cum sale armoniaco, subtiliatū & mundatum; donec fuerit in pōdere æquali, vel circiter: tunc illud totum per optimè, & benè diu teratur super porfidum, & ponatur sub diuo in loco frigido & humido, vel in vesicis vitreis in furno solutionis; vel in ventre equino; donec totum fuerit dissolutum, augendo salem, si necesse fuerit. Istam aquam reserua cum omni diligentia. Et quidem hanc aquam honorare debemus: ipsa enim est quam quærimus ad